

Y, 18.

4, 567.

V I R O

MAGNIFICO SVMME REVERENDO AMPLISSIMO
EXCELLENTISSIMO DOCTISSIMOCAROLO CHRISTIANO
TITTMANNO

DOCTORI THEOLOGO CELEBERRIMO

SENATVS IN SAXONIA SACRA SVMMI GRAVISSIMO ASSESSORI

PASTORI AD AEDEM S. CRVCIS PRIMARIO DIOCESEOS SCHOLARVMQVE
DRESDENSIVM EPHORO PROVIDENTISSIMO

V I R O

MERITIS EXCELLENTIBVS COETVI SACRORVM PVRIORI
AC SCHOLIS LONGE CARISSIMO ET MAXIME
VENERABILI

PRIMORDIA MVNERVM GRAVISSIMORVM

D. IV. OCTOB. MDCCCLXXXIX.

DEO ADSPIRANTE ET COMMVNI OMNIVM LAETOQVE PLAVS
COEPTA.

PIE GRATVLANTVR

SCHOLAE DRESDENSIS CRVCIANAE
MAGISTRI.

D R E S D A E,

TYPIS HENS. GVIL. HARTFETERI.

VII
MAGNIFICENTIAE
EXCELSAE
CAROLO CAROLINO
PRINCIPALIS

RECTORI
AC ACADEMIAE
MAGNIFICENTIAE
EXCELSAE

VIII
MAGNIFICENTIAE
EXCELSAE
AC ACADEMIAE
MAGNIFICENTIAE
EXCELSAE

PRINCIPALIS
MAGNIFICENTIAE
EXCELSAE
AC ACADEMIAE
MAGNIFICENTIAE
EXCELSAE

RECTORI
AC ACADEMIAE
MAGNIFICENTIAE
EXCELSAE

RECTORI
AC ACADEMIAE
MAGNIFICENTIAE
EXCELSAE

RECTORI
AC ACADEMIAE
MAGNIFICENTIAE
EXCELSAE





Sic laeti variis floribus hortuli
Effundunt medicis balsama odoribus;
Sic fecundus ager messibus est grauis,
Quas vix horrea ceperint;

Sic poma Alcinoi, carmine nobilis
Dulci Maconides, aurea praedicat,
Arbor protulerat quae generosior,
Horti aut Hesperidum dabant:

TITTMANNE, ingenii diuitis explicas
Vt maturus opes. iam, iuuenis viget
Aetas florida vbi, Graecia quas habet,
Cultus munditiis nites.

Artes et Latii, vincla fororia,
Grauis addideras, eloquio potens
Et suauis, et facili, linguaque iungitur,
Codex qua superest facer.

Hoc maiora, tenens curriculum, paras,
 Complexus studiis res memorabiles
 Aeuo, et iudicium, philosophus bonus,
 Causis rerum adhibes graue.

Firmus praefidiis talibus artium,
 Scrutaris sapiens sancta volumina,
 Felicique gradu mox cathedram sacram
 Cum plausu merito occupas.

Vrbs, qua lenis aquas Salza vehit suas,
 Onestro et breuibz flexibus ingerit,
 Nomen grata colit, VIR VENERABILIS,
 Aeternaque TVVM, memor.

Vrbs sed, patria est quae mihi, non diu
 TE, TITTMANNE, suum, moenia continent,
 Doctorem celebri natum Academiae,
 TE mox Leucoris euocat.

Eustris paene tribus copia defluit
 Oris laetifici, neclare dulcior
 Hyblaeco, in iuuenes, atque viros creat
 Fortes muneribus sacris.

At iactura grauis, iudicio PATRVM,
 Quos PATRES veneror, non reparabilis,
 Nî Vir tantus et haec damna resarciat,
 Quae Dresdae cita mors tulit.

Miti prospiciens Saxoniae Deus
 Sacris atque scholis iam moderamine,
 TE, pronum obsequio, quamlibet arduo,
 Nobis, prouidus, aduocat.

Laudabunt alii, Musâ quibus dedit
 Magnos Pindaricis carminibus viros
 Laudare, ac meritos tradere posteris:
 Maius me pietas iubet.

Ad


Ad facras properant agmina ciuium
Aras, atque preces, votaue feruida,
Prostrata ingeminant; pectora gaudis
Dilatata piis ouant.

Gaudet Dresda Dei munere TE sibi
Concesso, et patriae templa, Academiae
Certant laetitia; laetitia fremunt
Sollemni atque pia scholae.

His accedo pius, votaue iungere
Tot votis alacri pectore gestio:
Sis puris Columna grande diu sacris,
Mulis Praesidium et Decus.

Imponenda TVIS temporibus vides
Auro iam solido ferta nitentia:
At fero, facilis si Deus est precii,
Haec caelo genius ferat.

CHRISTIANVS FRIDERICVS OLPE,
A. M. Scholae Cruc. Rect.



Albine, terris imperioſius
Qui praees amplis, Saxoniae decus
Carae ſuperbum, de gigantum
Fontibus aduena ſaltuoſis;

Heus tu *Virum* cur inferius tuis
Ripis moraris? qui *nimum diu*
Deſideratum denegare
Sulſineae ſupercis *Magiſtrum?*

A 3

Septem-



Septem bis annos nomine splendido
 TITTMANNIANO litora dextera,
 Quaeis *Lentorum* carpis propinquam,
 Intumuisse tibi fat amplum est.

At nunc nouato pondere tergora
 Curuata praebes; *ter Venerabilem*
 Transmittle nobis nunc *Magistrum*
 Inuidia vacuas per vndas.

Haud vana struxit, proh! *patriae decus*
 AVGVSTVS, *ingens, teque potentior;*
 Moles, eunti tutiores,
 Imposuitque tibi recentes.

His mitte *Nostrum*; et fortiter impera,
 Fluctus tui ne facius irruant,
 Defixa fundo imo alluantque
 Robora murmure leniori.

Nec funde iusto flumina latius,
 Vt flexuosas te duce littoris
 Oras legat securus, vadæ
 Ne superentque vias dolosæ.

Albine, nostris, dic age, ciuibus
 Cur inuides? tu vota que feruida
 Cur vrbis tardas amplioris,
 Ante aliasque tibi verendæ?

En *Ipsæ*, miti qui moderamine,
 AVGVSTVS, amplis finibus imperat,
 Hic scepra seruat, lance iusta *hinc*
 Saxonibus sua iura pendit.

Cui cuncta parent, obsequium neges
 Huic vnus? An sis immemor omnium,
 Fluctus tuos quaeis nostra *Dresda*
 Deliciis solet ampliare?

En iunctiori littore defluis
Nobis, vtrinq; et moenia permeas
Vicina, cursu liberoque
Viscera nostra damus secanda.

Exstructus ingens imminet *hic* tibi;
Dorsū superbi marmoreum decus;
Pons, foeminarum mille, in horas,
Mille virum pedibusque tritus.

Noctis tenebris ne vagus ambules,
Nec coeca tentes littora; lampades
Fulgent tibi centum, ac recessae
Lumine centuplici resurgent.

Surgant in altum turgida flumina:
Affixa tutis arcubus eminent
Index, tumoris praeco, vasti
Imperique tui, tremendus.

Pictae carinae laetius *hic* tuis
Ludunt in vadis; ampla palatia,
Exulta fellius tropaeis,
Regibus hospitium datura.

Hinc subuehantur fluctibus hospitis
Cari sodales vndique; remigum et
Miscent suos plausus fragori,
Carmina laeta tibi occinendo.

Iuncti feruntur cum pueris patres;
Comtaeque gnatae matribus additae
Pronae ora demittunt venusta
Coeruleis referenda lymphis.

Hinc littori adsunt ardua montium,
Hinc deprimuntur concaua vallium,
Horti patent hinc, rura, prata,
Graminibus decorata laetis.

Hic.

Hic flore cingit ver tibi cornua;
 Aellasque pomis; nec pede conteret
 Quaequam inuentus promtiori
 Pondera conglaciata brumae

Foecundus ecce vt munere duplici
 lactet suas de collibus ebris
 Autumnus uuas; pampinos
 Quas tua fontibus umbra reddat.

Voluuntur hinc vini integra dolia,
 Quae deuehantur nauibus impigris;
 Cautè tuis tum temperanda,
 Ne noceant mera vina, lymphis.

Quid plura tentem promere munera,
 Obscricta nostrae queis tua flumina
 Vrbi tenemus? Tene tantis
 Immemorem meritis reniti?

Hem mitte *Nostrum!* Scin', precibus piis
 Patres *Vereudos Leucoridis tuae Hunc*
 Ipsos daturos, nempe maguis
 Haud male dotibus inuidentes.

Nostin' *Vereudum* muneribus SENEM;
 Insigne virtute et meritis decus
 Dresdense? *Doctioris* videsne *Is*
 Vt vigeat geminato honore?

HERRMANNVS, aulae gloria Saxonum,
 En quinque denos tempora splendidus
 Annos corona sanctiori,
 Praemia iam renouata carpit.

Quin *Ipsè* mentis gaudia dic piae,
 TITTMANNE, quin *Tu* gaudia lacrymis
 Dic mixta, laurum secularè
 Cum *nineo capiti* nouares,

Sic

Sic nempe *Patres Lencoridis* pii
Ornant merentes; raraque praemia
Raris viris praebent, bonorum
Plaufibus excipienda dignis!

Sic et, *Suum* nunc, alius euehi
TITTMANNVM ouabit *Lencoris*; vt *Sacer*
Rerum sacrarum *Iobilaeo*
Arbiter adfideat *Verendo*.

Huic iunge Patrum iudicio et tuum,
Albine, votis cedeque publicis
Quem praemio dignum tua ipsa
Patria indicat ampliori.

Hem mitte *Nosterum*, quem geminae tibi
Iunctae sorores, Moldaque, *Phillaque*,
ERNESTH, proh! quantus Ille!
Artibus excolere facris.

Ah! quae sonoris murmura fluctibus?
Ripas tuas ah! cur ita flecteris?
Curfusque lenitos aquarum
Littoribus cohibes quietis?

Heus Dresda! votis, vicinus, annuit
Albinus aequis. Vicinus! annuit!
Tentat *Tuus* iam pontem; *emitem* is
Murmure prosequitur canoro.

En flexuosus flectitur impigris
Votis! Venit iam, mox aderit *Pius*
TITTMANNVS. Ast *alis emtem*
Tu Deus ipse tuis obumbra!

Quo turba tendis perita ciuium?
Quem prona vultu prospicis entheo?
An forte, *votis expeditus*
Moenibus *ille* tuis propinquat?

B

At

At non propinquat! Numine prouido
Tectus adest iam: moenibus interest
Noftris. Io ciues! Io vos
Dicite! Io refonentque muri!

An mifceamus, (nos numerus fumus.)
Turbæ *Tuæ* nos, VIR VENERABILIS?
Carmen leuis Mufæ an licebit
Addere carminibus *Tuorum*?

Sane licebit. *Qui* iuuenum choris
Adultiorum religiofus
Ipsè vique fauit; pronus *Ille*
Non faueat puerum magiftris?

Salue, Deus *quem* prouidus omine
Felice mifit, funere triflibus
REHKOPFIANO, proh! acerbo,
Nobile Praefidium futurum!

TITTMANNE falue! Qui Deus haecenus
Prouidit almus, confulat amplius
Rebus *Tuis*, rebus *Tuorum*,
Omnipotentè manuque praeftit!

Pondus molefti muneris alleuet:
Mentis vigorem et corporis augeat:
Sancè nouum HERRMANNI decusque
Sit *Tibi*, *Sancè* VIR, ominofum!

Votis licebit iungere feruidæ
Mentis preces: O dexter ades fcholis
Noftris, *Tuis* nunc! Trado totes
Meque meosque *Tuo* fauori.

M. BENIAMIN GOTTHELF BEUTLER,
Conrektor.

Vt patre raptò morte cita, domus
 Percussa luget, non reparabile
 Damnum querens: heu! quis saluti
 Prospiciet pater aut amicus?

Repente fati sic Ephoro suo
 Orbata, missas cum lacrymis, schola
 Templo crucis coniuncta, fundit
 Ore pio geminas querelas.

Ast Fama, veris inelyta laudibus
 Late virorum nomina praedicans,
 Nunc excitat TITTMANNIANO
 Nomine sollicitas Camoenas.

Is hausta Doctòr dogmata fontibus
 Divina sacris, eloquio potens,
 In aede sacra congregatis
 Coetibus expuluit piorum.

Ad Albis oras est Academia
 Cultrix bonarum nobilis artium,
 Ab ore cum plausu docentis
 Docta cohors iuuenum hic pependit.

Vtrique ciues vrbs et hospites
 Discellum amati iamque Viri dolent,
 Carum Patrem, Doctorem, Amicum
 Quisque videt lacrymans euntem.

Nunc adsidebit, concilio Patrum
 Sacri Senatus Saxoniae, Pater,
 Et conferet rerum sacrarum
 Consilia, Eusebii amicus.

Iam ciuium vis quanta tuis aet,
 Vrbs Dresda, templis verba salubria
 Audire *Doctōris*, salutem
 Quae retegunt tibi sempiternam.

Et *colloquenti* in Confluo Sacro,
 Quo conluebat docta frequentia,
 Illustrium linguis fauebat
 Oreque Nobilium corona.

His Fama, veri nuncia gaudii,
 Dictis, nouam spem reddidit ad crucis
 Aedem Camoenis, quae *Patrono*
 Vno animo pia vota produnt.

Vt perflet, orant, vis animi *Viro*,
 Corpusque firmo robore praeditum,
 Fortuna conatus fecundet,
 Flore Domus vigeat perenni.

Sic porro sacris exoriens iubar
 Rebus micabit, lumine clarius,
 Dresdenſibus ſic porro Muſis
 Fama ſua *Hoc Ephoro* vigebit.

M. IOANNES CHRISTIANVS HAENTSCHEL,
 Colleg. III.

Non opus est procul in peregrinis quaerere terris
 Artibus excultos egregiosque viros.
 Si Themidos cultum, si Martis strenua facta,
 Sive chorum Phoebi, numina docta nouem,
 Sive Thaliae ludos, Melpomenesque cothurnum,
 Si medicos claros, Hippocratisque scholas,

Par-

Parrhasias tabulas, aut Phidiae arte potentes,
 Aut aliud studii, notitiaeque genus,
 Quae omnia si spectes, inquam, Saxonia floret
 Artibus his magnis, statque valetque suis.
 Praefertim Iouae pura ratione colendi,
 Quam Deus exhibuit, scit retinetque viam.
 Hinc est, quod celebres ingenti laude Senatim
 Urbis Dresdensis, iudiciumque Patrum,
 Qui summo studio iuuenum plantaria curant,
 Templeaque restaurant, prospiciuntque sacris,
 Quod minime patriam frustrarint laudibus aequis,
 Quae summos homines qualibet arte tulit,
 Quodque, Patres o este mihi sine fine beati!
 Verfi Leucoridem, Pieridumque lares,
 Cum subito vita functus Rehkopfus esset,
 Doctis optatus principibusque viris,
 Inde requisierint antiqua ex sede Lutheri
 Doctorem magnum religione pia,
 Quam docuerunt nos iam praefata oracula vatam,
 Et per Iesaeum foedera facta noua.
 Hanc ornans magno TITTMANNVS honore cathedram,
 Discipulos doctos duxit amore sui,
 Ciuas et reliquos vero dilexit amore,
 Omnibus officiis vtilis atque suis.
 Quemlibet in fluxit suavis facundia linguae,
 Moribus et sanctis norma typosque fuit.
 Hunc, o Dresdensis, animis adsumite laetis,
Virtute insignem, magnificumque virum.
 Et vos Pierides, iucundum dicite carmen;
 Nam vestris doctis aulibus ille fauet,
 Quem Ernesti summus, qui vos reuocauit alumnos
 In patriam nostram, iunxit amore sibi.

Ergo veni nunc auspiciis felicibus ad nos,
 Et curam nostri fuscipe, CARE PARENS.
 Accipe iam dudum TIBI dedita pectora nostra,
 Quae faciunt pro TE vota precesque Deo.
 Interfis rebus nostris per tempora longa,
 Longaetuis Praeful nostra regasque sacra.

M. IOANNES MICHAEL LVDOVICVS KOELER,
 Coll. IV.

Horrida non semper tempestas turbine pontum
 Concitat, et nautis sidera certa tegit.
 Triflis vbi cessauit hiems, glaciesque niuesque
 Diffugere, subit terra soluta vices.
 Gramina iam redeunt campis, et laeta superbit
 Frondosis crescens arbor opaca comis.
 Sic Deus immixtos maturo funere luctus
 Aufert, ac laetos mox finit ire dies.
 Iusta querebantur Dresdae sacra. *Magnam*
 Abfulerat templis mors inopina *Decus*,
 Atque scholas *miti* priuauerat atra *Parente*,
 Qui Musas gremio fouerat vsque suo.
 At nunc luctus abest, nunc gaudia templa scholasque
 Implent, post noctem cum noua lux oritur.
 Insignem pietate VIRVM meritisque celebrem,
 Moenibus inclusit quem Viteberga suis,
 Numine propitio votis precibusque piorum
 Dat Deus, eximio munere nosque beat.
 Tympana quid cessant plenis resonantia templis?
 Quid nerui, atque tubae tibia mixta graui?

Car.

Carmina iam tangant fas est laetantia caelum:
 Ingemunt voces vota precesque pie,
 Vt fosses, TITTMANNE, sacris VENERANDE, scholisque
 Interis nostris, inuigilesque diu.

CHRISTIANVS EHREGOTT WEINLIG,
 Cant. et Coll. V.

Heus laetare tua nunc Albidos accola forte,
 Officii iungat se tibi Musa memor.
 Cui vero? Celi quem prouida cura vocauit
 Laudibus vt multis noster EPOTTA siet.
 Hic reuerenter habet sancti mysteria verbi,
 Quod pura seruens integritate docet.
 Hic nostros animos viuo solamine pascit,
 Hic vigil in specula nobile munus obit.
 Tendimus hinc laeti geminas ad sidera palmas
 Pro TE PRAECO SAGAX! proque salute TVA:
 TE longa annorum series in pace coronet,
 Sis coetus sacri prima columna diu!
 TE seruet Numen vires validasque ministrat,
 Atque *domum* cuncta prosperitate beat!
 Sis felix, faustus, sis terque quaterque beatus!
 Sint haec vota TIBI, VIR VENERANDE, rata!

M. IOANN CHRISTOPH GRAEFE,
 Coll. VI.

*W*ettgeesert habt ihr längst um IHN,
 Den zum ersten Lehrer wir erhielten;
 Jede hat ihr Bestes IHN verliehn,
 Um den großen Mann in IHN zu bilden.

Her.

Herzengüte, Weisheit, Wissenschaft!
Himmelstüchter! welche von euch dreien
Soll das Lied, ob ihrer Zauberkraft,
Feuriger und schöner benedeien?

„Unser keine fordert höhern Preis
„Vor der andern größern Eifers wegen.
„Brich für jede gleichen Lorbeerreis!
„Singe ieder du denselben Segen!

O! so nehmt dem gleichen Dankes Lohn,
Daß vereint ihr IHN so herrlich schmücktet!
Eine Stadt, und eine Nation
Dankt euch, daß ihr sie durch IHN beglücktet.

Eurer Gaben jede ist ein Born
Reich an Freud', und Glück, und Ehre —
O! daß nie der Sorgen Bürd' und Dorn
IHN den Pfad dahin erschwere.

Euer Einflus stärket Herz und Geist —
Er befördre SEINES Lebens Länge!
Heil dem theuern Mann! — SEIN Daseyn preißt
Noch der Enkel Chor durch Inbelsänge.

CARL HEINRICH SEIFRIED,
Reg. d. Alum.



Pon 24 1067
20




f

TA-70L

an 2 u. an 13 noch nicht aufgenommen

17





18

V I R O

MAGNIFICO SVMME REVERENDO AMPLISSIMO
EXCELLENTSSIMO DOCTISSIMO

CAROLO CHRISTIANO
TITTMANNO

DOCTORI THEOLOGO CELEBERRIMO
SENATVS IN SAXONIA SACRA SVMMI GRAVISSIMO ASSESSORI
FASTORI AD AEDEM S. CRVCIS PRIMARIO DIOECESEOS SCHOLARVMQVE
DRESDENSIVM EPHORO PROVIDENTISSIMO

V I R O

MERITIS EXCELLENTIBVS COETVI SACRORVM PVRIORI
AC SCHOLIS LONGE CARISSIMO ET MAXIME
VENERABILI

PRIMORDIA MVNERVM GRAVISSIMORVM

D. IV. OCTOB. MDCCCLXXXIX.

DEO ADSPIRANTE ET COMMVNI OMNIVM LAETOQVE PLAVSV
COEPTA

PIE GRATVLANTVR

SCHOLAE DRESDENSIS CRVCIANAE
MAGISTRI.

D R E S D A E,

TYPIS HENR. GVIL. HARPETERI.

28

